



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum inferior angelus illuminetur a superiore, vel qua[n]doque a Deo
immediate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

quod est intelligibile in potentia alicui intelligēti, fiat ei intelligibile actu: sicut nobis fiunt subtilitāe superiores intelligibiles actu per media quib. in eorum cognitionem devenimus, & hoc modo intellectus angeli lumine indiget ad hoc, ut ducatur in actuale cognitionē eorum, ad quā cognoscenda est in potentia.

Ad ix. dicendum, quod illuminatio, qua unus angelus alium illuminat, non est de his quae ad naturalem cognitionem angelorum pertinent; quia sic omnes ex principio suae conditionis perfectā habent naturalem cognitionē, nisi forte ponerem quod superiores essent causa inferiorū, quod est contra fidem: sed cognitio ista est de his quae reuelantur angelis, eorum cognitionē naturalem excedentibus, sicut de diuinis mysteriis pertinentibus ad ecclesiam superiorē uel inferiorē. Vñ, & ponitur actio Hierarchica a Dionysio nec sequitur quod quāuis oēs uerbum uideant, quod quicquid uidet in uerbo superiores angeli, uideant & inferiores.

Ad x. dicendum, quod quando unus angelus ab alio illuminatur, non infunduntur ei nouae spēs: sed ex eisdem spēs, quas prius habebat intellectus eius confortatus per lumen superioris, modo predicto efficitur plurimum cognoscituum: sicut & nisi intellectus confortatus per lumen diuinū, & angelicum ex eisdem phantasmatibus in plurimum cognitionem peruenire potest, quam per se posset.

Ad xi. dicendum, quod quāuis in angelis non sit aliqua obscuritas erroris: est tamen in eis aliquorū nescientia, quae naturalem eorum cognitionem excedunt, & propter hoc illuminatione indigent.

Ad xii. dicendum, quod nulla res quantumcūque materialis, recipit aliquid secundum id quod est formale in ipsa: sed solum secundum id quod est materiale in ea, sicuti anima nostra non recipit illuminationem ratione intellectus agentis: sed ratione possibilis, uelut etiam res corporales non recipiunt aliquam impressionem ex parte formae, sed ex parte materiae, & tamen intellectus possibilis nobis est simplicior, quam aliqua forma materialis. Ita est & intellectus angeli illuminatur secundum id, quod habet de potentialitate: quāuis ipse sit nobilior intellectu agente nostro, qui non illuminatur.

Ad xiii. dicendum, quod auctoritas illa intelligenda est de his, quae pertinent ad cognitionē beatitudinis, in quibus omnes angeli illuminantur a Deo.

Ad xiiii. dicendum, quod ista illuminatio de qua loquimur, fit per lumen gratiae perficiens lumen naturae: nec tamen sequitur, quod homo in statu uigilantiae possit illuminare angelum. non enim habet maiore gratiam in actu, sed solum in uirtute, quia habet gratiam per quam uel ex qua potest mereri perfectiore statu: sicut etiam pulvis equi statim natus est maior uirtute, quam asinus, minor autē actuali quantitate.

Ad xv. dicendum, quod cum dicitur quod illuminatio est diuinae scientiae assumptio, scientia dicitur diuina: quia ex diuina illuminatione originē habet.

Ad xvi. dicendum, quod omnia cognoscenda, quae naturali cognitione ab angelo cognoscuntur: sed ad ea quae sunt supra naturalem cognitionē indigent lumine altiori.

Ad xvii. dicendum, quod in angelis spēs differentibus non oportet, quod sit lumen intelligibile spēs differentes: sicut & in corporibus, specie differentibus, est idē spēs color, & hoc est praecipue uerū de lumine gratiae, quae etiā in hominibus, & in angelis est eadem spēs.

Ad xviii. dicendum, quod lumen intellectus agentis in nobis sufficit ad ea, quae sunt cogni-

tionis naturalis: sed ad alia requiritur altius lumen, ut fidei uel Prophetiae.

ARTICVLVS II.

Utrum inferior Angelus semper illuminetur a superiori, uel quandoque a Deo immediate.

SECUNDO quaeritur, utrum inferior angelus semper illuminetur a superiori, uel quandoque a Deo immediate. Et uidetur quod quicquid a Deo immediate. Angelus enim inferior est in potentia ad gratiam affectus, & intellectus illuminationem; sed tamen suscipit de gratia a Deo quātū est capax, ergo tamen suscipit de illuminatione a Deo quātū est capax, & ita immediate a Deo illuminatur non per angelum intermedium.

¶ 2. Praet. Sicut inter Deū & inferiores angelos sunt media superiores: ita inter superiores & nos sunt media inferiores; sed superiores angeli quādoque illuminant nos immediate, sicut Seraphim illuminant Iliam ut patet Ila. 6. ergo angeli quandoque illuminantur immediate a Deo.

¶ 3. Praet. Sicut est ordo quidam determinatus in substantiis spiritualibus: ita & in corporalibus, sed quandoque in rebus corporalibus diuina uirtus operatur praetermissis causis medijs, sicut cum suscitatur mortuum non cooperante corpore calefit, ergo etiam, & quandoque illuminat inferiores angelos sine ministerio superiorum.

¶ 4. Praet. Quicquid potest uirtus inferior, potest superior. si ergo angelus superior potest illuminare inferiorem angelum, multo fortius Deus potest immediate eum illuminare, & ita non oportet, quod illuminationes diuinae semper deterantur per superiores ad inferiores.

SED CONTRA est, quod dicit Dion. hanc legē esse diuinitatis immobiliter firmatam, ut inferiora reducatur in Deū mediantibus superioribus, ergo nūquā illuminant inferiores immediate a Deo.

¶ 2. Praet. Sicut angeli secundum naturam sunt superiores corporibus ita superiores inferioribus praeminēt; sed nihil fit a Deo in corporalibus rebus, nisi ministerio angelorū, quātū ad eorū gubernationē pertinet, ut patet per Aug. 3. de Trini. ergo nihil fit a Deo in inferioribus angelis, nisi mediantibus superioribus.

¶ 3. Praet. A corporibus superioribus non mouetur inferiora corpore nisi per media, sicut terra a Caelo mediante aere: sed ita est ordo in corporibus sicut in spiritibus, ergo & summi spiritus non illuminant inferiores, nisi per medios.

RESPON. dicendum, quod ea bonitate diuina procedit, quod ipse de perfectione sua creaturis comunicet secundum earum proportionem. Et ideo non solum tantum comunicat eis de sua bonitate, quod in se sint bona & perfecta: sed et ut alijs perfectione largiantur, Deo quodammodo cooperante. Et hic est nobilissimus modus diuinae imitationis. Vnde dicit Dion. 3. c. Cele. Hierar. quod oīum diuinitus est Dei cooperatore fieri. Et exinde procedit ordo, quod est in angelis, quod quidam alios illuminant: sed circa hunc ordinē quidem diuersimode opinantur. Qui dam enim aestimant hūc ordinē ita esse firmiter stabilitum, ut numquam praeter ipsum aliquid accidat: sed in omnibus & semper hic ordo seruetur. Alii uero aestimant, ita hunc ordinem stabilem uel stabilitum, ut secundum hunc ordinem eueniat ut frequenter, quandoque tamen ex causis necessarijs praetermittatur: sicut etiam naturalium rerū cursus mutatur diuina dispensatione, aliqua noua causa suborta, ut patet in miraculis. Sed prima opinio uidetur rationabilior propter tria. Primo, quia cum sit de dignitate superiorum angelorū,

1. p. q. 106. art. 2.

Cap. 5. Cel. Hierarch. 4. medio.

1. de Trin. 6. 4. circa med. 1. com. 1.

A medio